

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100


Liber

III

Ead nigredinemque alurgus qui vocat color viridis. Ex quo sequitur quod iris est apparitio trium colorum in nube rorida opposita soli. Consequenter probat quod diversi sint colores iridis: quod ubi est fortior reflexio ibi apparet color qui dicitur puniceus: ubi vero est debilior apparet aliis quod dicitur alurgus: et ubi est medius modo apparet viridis. Et subdit quod per iuxta positionem illorum colorum apparet unus alterus color quod dicitur ranthus: quod autem illud apparet probat aliquod signum.

Cum primo: quod cum nubes est nigerrima tunc color est multum viridis: et tunc ille color quod dicitur ranthus multum apparet. Secundum est quod cum iris marcescit tunc deficit puniceus color et mutatur in ranthum. Tertium est quod flores variant in colore secundum apparentiam per iuxta positionem aliorum colorum vel per iuxtapositiones luminis lucerne. Et subdit quod multi colligentes flores ad lucernam lepe decipiuntur accipientes flores unius speciei per floribus alterius speciei. Subdit quartus quod aliquando apparet due irides: una superior et alia inferior: et dicitur quod superior est magis obscura quam inferior: et hanc colorem opposito modo situatos. Sed quidam dicit: utrum duo hoies possint eandem iridem videre. Respondeat quod non: quod radius reflexus est equalis radio incidentie: et anguli ab eo causati sunt equales: et cum ad alium et alium hominem alius et alius radius reflectat et iris apparet per reflexionem: ideo est alia et alia iris quam plures hoies vident. Deinde probat quod iris apparet per modum semicirculi: et hoc ratione natu-

rali et mathematica. Ratione naturali sic: quod centrum iridis est punctus quem tangit radius procedens a centro solis: ideo si sol est in punto orizontis major: est iris que esse posse: et centrum illius iridis est punctum orizontis ex opposita parte corporis luminosi: et sic non relinquit nisi semicirculus supra orizontem. Pro ratione mathematica supponit quod oculus mediat inter centrum solis et centrum iridis. Supponit etiam quod si linea recta recte ceciderit super linea rectas causabit angulos rectos aut euales duobus rectis: fiat ergo figura: et sit centrum solis a centro oculi b. centrum nubis d. et per illa tria puncta protractatur linea a b d. tunc signentur in nube tria puncta eque distantia a centro nubis: que sint c f g. et quod illa etiam eque distent a centro oculi et a centro solis: et ab istis protractantur tres lineae a centro nubis a centro oculi et a centro solis: et tunc intelliguntur tres magni trianguli quorum unus est a b g. aliis a b f. et aliis a b c. qui sunt euales: quia latera sunt euales et bases euales: ergo illi trianguli erunt euales. Deinde intelligantur tres parvi trianguli qui sunt b g d. b f g. b e et d. quoniam duo latera unius sunt euales duobus lateribus alterius et anguli illis equilateribus conteniuntur sunt euales: igit basi erunt euales per suppositionem euclidis: et cum tangentem centrum nubis sequitur quod linea tangens extremitates illarum trium linearum erit semicircularis: igitur iris apparet per modum semicirculi.



Casdem autem dictis causas existimamus et de paraheliis et virginis.

Instud est quartum capitulo in quo probatur determinatio de paraheliis et virginis. Unus virge dicitur radius solares directe praesens per nubes circundante sole ac si essent chorae tenetes tentorium solis: et causat duplex. Uno quod nubes est vndeque continua: sed tunc est grossior in rube quam in alia: et tunc radius solares transversus per primas nubes subtlerem apparet linea alba. Alio apparet quod nubes est grossa et non continua: tunc radius solares penetrantes nubes aliquando apparet virides et aliquando tenebres ad rubedinem secundum diuisitatem nubis. Et parahelii sunt imago solis: et sunt para quod est iuxta et helios quod est sol: quod si apparet iuxta sole: et causat per interpolationem nubis inter visum nostrum et sole. Unde quod est nubes rorida in aliquo loco perforata: tunc radius solares in illo foramine congregantur: et per refractionem diffunduntur ad visum: et sic apparet esse unus sol.

Onec igitur opera accidit exhibere segregationem in locis.

Iste est ultimus tractatus in quo probatur determinatio de his quod generantur circa terram: et primitus duas suppositiones. Quarum prima est: duplex est exhalatio: ut iam absolvitur est. Secunda suppositione: ex parte quod generantur infra terram quod sunt fossilibilia quod sunt ex exhalatione calida et siccata et sunt a vento terra: alia et sunt metallica et sunt a vento aqua. Metallicae sunt duplicitia: quod quedam sunt fluxibilis et ductilibus sicut plumbum. Illa sunt ductibilis tamen quod calefacta per extēdit: sed non sunt fluxibilis humectativa: et ferrum. Mineralia vero non possunt fluxibilis generantur ex exhalatione calida et terrestri inclusa infra terram quod non habet exitum et densitas a frigiditate loci: et post taliter condensationem auertit in lucem: et decoquit mediante caliditate vaporis admixti tali exhalationi intemperie quod sunt fit lapis vel aliquod alio possibilem. Et metallica